

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Timor ac cum uariis

Nulli tam perniciosi, tam irreuocabiles sicut limphatici metus sunt. Ceteri enim sine ratione, hii sine mente sunt. Spem ac metum examina, et quociens incerta erunt omnia, tibi faue. Dicet aliquis: fortasse non ueniet quod times. Tu dic: quid, si ueniet, uidebimus utrum uincat; fortasse pro me uenit et mors ista uitam honestabit.

Seneca ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Timor ac...Seneca ibidem *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; *examina]* ex anima B C; *omnia]* ex (*cor. in marg.*) M; *erunt omnia tibi]* erunt, *omnia tibi* P V<sup>1</sup>